



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 77. Sanctioris Consilii Decretum in Saussa Parisinæ ad Regem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. Literas vero, quas Clerus Gallica-
 A. C. 1625. nus ad Papam transmitti curabat, Car-
 notensis Episcopus concipere jubeba-
 tur, quas Provinciarum Deputati in
 deliberationem vocatas omnino ratis
 habuere.

§. LXXVII.

*Sandioris Consilii decretum in causa
 Parisinæ Universitatis contra
 Jesuitas Pontifaranos, Lin-
 gonienses, & Engolis-
 menses.*

*Argentre
 pag. 274.*

Jam dudum Jesuitæ in Galliis cuilibet
 Collegio suo titulum, ac Univer-
 tatis jura attribuere nitebantur, acri-
 ter reclamantibus ceteris Regni Aca-
 demiis: præprimis vero die sexta Apr-
 ilis ante biennium Parisinæ Facultatis
 Rector in comitiis exposuerat, quam
 sibi molestum esset, Jesuitarum tantam
 esse cupiditatem, ut adhuc urbi Pon-
 tesianæ imminerent: sui ergo esse mune-
 ris crederet, ne quid Rectore se detri-
 menti aliquid patiatur Academia, ideo-
 que eos rogaret, & oraret ut pro sua pru-
 dentia huic malo diligenter occurrant.
 Igitur Dupuys pro Decano Theolo-
 giæ, libello supplici apud Senatum rem-
 agendam censuit, Jesuitas & cives
 ipsos

iplos Pontefianos novum Collegium Sæc. XVII.
 molientes ad jus vocandos, interce- A. C. 1625.
 dendumque, ne quid ejusmodi ceteræ
 urbes in posterum impune audeant, &
 nonnullos ex Pontefianis civibus, si
 fieri posset eidem causæ adjungendos
 &c. Ergo Rector, cum vidisset nul-
 lum a sua Sententia desistere, ex eo-
 rum mente conclusit, uno eodemque li-
 bello in Jesuitas & cives urbis Ponte-
 fianæ agendum, & Mercatorum Præ-
 fectum ædilesque hujus urbis huic
 causæ adjungendos.

Die autem septima Junii rursus re-
 tulit idem Universitatis Rector, Jesui-
 tas in urbe Lingoniensi Collegium mo-
 liri, quam tamen institutionem cives
 ipsi, qui auxiliares manus ab Acade-
 mia supplices petebant, impedire cona-
 bantur. Academiæ jam interesse suis
 studiosis tempore & loco non deesse
 agebat: demum die decima sexta ejus-
 dem Mensis decretum est, ut libellus
 supplex offerretur Aulico, seu magno
 Consilio ad intercedendum unioni Prio-
 ratus de Jarnacio ad Collegium Engo-
 lismense, quam moliuntur Jesuitæ, nec
 solum huic unioni, sed & omnibus Sa-
 cerdotiorum unionibus, quæ fiunt in de-
 trimentum graduatorum Universitatis.

Sæc. XVII. Verum Franciæ Rex hanc causam ad
 A. C. 1625. se evocabat, edito hanc in rem Sanctio-
 nis Senatus decreto.

§. LXXVIII.

*Decretum Universitatis Parisiensis ad
 ceteras Academias pro jurium &
 doctrinæ suæ defensione.*

*Argentre
 l. c. p. 184.*

Cum vero Jesuitæ huic decreto inni-
 Academiæ Engolismæ erigen-
 consilium urgerent, acrius Parisien-
 Universitatis odium in se concitabant,
 quocirca hæc cum ceteris Regni Aca-
 demiis communis causæ societatem
 innovans, eas ad jurium & doctrinæ
 suæ defensionem die decima nona Ju-
 nii missis hisce literis incitabat. „Ex
 „quo Tolosani Senatus decretum die vi-
 „gesima septima Septembris in rem de-
 „cusque Academiarum Gallicarum con-
 „firmatum, fuerat promulgatum, novis
 „artibus illud quotidie Jesuitæ infir-
 „mare tentarunt: Hi enim Engolis-
 „mæ, Academiæ erigere moliantur
 „Flexiæ, judicis Conservatoris institu-
 „tionem, & Singularis fori privilegium,
 „quod Solis Academiis hætenus con-
 „cessum fuit, ambire, ac persequi præ-
 „sumunt: Denique non hos tantum,
 „sed & alios Religiosi nominis homi-
 „nes aut Scholas veteres laceffunt,